Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31639
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

sionem suam. quousque ad illud peruenerint. ut se ne
quiter errasse cognoscant. ferant dixit quasi pon
dus inmensum. Confestim. ut peccare ceperunt.
ne longius progrediendo periculosius ingrauentur.
Confusionem suam id est cogitationem prauam ueri
tate conuictam. Sequitur qui dicunt mihi euge euge.
Hic falsos arguit laudatores. qui plus nituntur
adulando decipere quam possint a uituperatio
nibus sauciare. Euge uerbum quidem preconiale est. sed
cum recto animo non profertur ad derisionem trahitur
inferendam. Que figura dicitur yronia. id est irrisio.
Exultent et letentur qui querunt te domine et dicant
semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.
Sicut inimicos suos confundi petiit. qui eum falsis
laudationibus irridebant. ita deuotos optat
ueraciter gaudere. qui spem suam noscuntur in domini
maiestate posuisse. Eos enim non tantum letari. sed
exultare deprecatur. Sed que sit ista exultatio
consequenter exponitur. id est et dicant semper magnifice
tur dominus. Hec enim professio est que in eternum gau
dentes efficit christianos. Que quamuis iugiter dica
tur. tamen semper appetitur. De ista siquidem senten
tia pascebatur et iusto sedulo iob qui erat afflictio
ne corporis grauiter sauciatus dicendo. Dominus dedit
dominus abstulit sicut domino placuit ita factum est sit
nomen domini benedictum. Exultabat quippe
quoniam letabatur in domino. in quo reuera sunt omnia
perfecta. Sed ne hanc exultationem quibuscumque cre
deres concedendam. addidit. qui diligunt saluta
re tuum. id est qui me spirituali caritate perquirunt et
mandatis meis suauiter obsecuntur. Ego uero ege
nus et pauper sum. dominus curam habet mei. Postquam di
xerat leticie muneribus esse complendos. qui dita
tem uerbi diligere uoluissent. ne sibi quispiam me
ritorum gloriam uindicaret. dominus christus ex forma
loquitur humanitatis assumpte egens et pauper sum.
Egenus. quia humanitas sibi subueniri semper eget
a domino. Pauper. quia non diuina gratia clarificetur.

de se omnino tenuisse se cognoscitur. Sed ne istam
paupertatem uilem abiectamque iudicares. addidit.
Dominus curam habet mei. scilicet de quo dictum
erat. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene com
placui. O paupertatem thesauris omnibus ditiorem.
Pauper enim de nostro. diues de suo est. Qui ideo indi
gentiam humanitatis assumpsit. ut habundan
tie sue nos faceret esse participes. Adiutor
meus et liberator meus esto domine ne tardaueris.
De adiutorio et deprecatione securus celeritatem
necessariam petit. ut iam quia mors uitari non debu
it. saltem resurrectio festina succederet. Cum enim
dicit adiutor et liberator. ostendit patientiam
diuersarum uidelicet passionum. unde et ipse
psalmus fecit inicium. Quapropter totus uirtuti
patientie merito deputatur. qui et eodem fine
Magnifica et suauis Conclusio. Concludit.
sima uerba sensus nostros medullitus imbuerunt.
quando ipsum audiuimus docentem quem adoramus
auctorem. Nam licet uniuersos psalmos magno
honore ueneremur. nescio quid tamen dulcius accipitur.
cum aliquid de sancta incarnatione profertur. Omnis enim
fidelis gratissime suscipit. per quam noscitur esse li
beratus. Et respice quo ordine psalmi huius contextio
disponatur. Primum loquitur ecclesia. quasi rudes do
cens. quasi trepidos confortans. quasi incompositos
preparans. ut sequentia uerba domini saluatoris. li
benti animo salutariter populus preparatus audiret.
Verba ista frequenter Psalmus xl. In finem psalmus
usu nobis iam debent esse notissima. DAVID.
Sed ut breuiter dicta tangamus. omnia diriguntur
ad dominum christum. Magnificat autem hunc psal
mum quod in quadragenario numero noscitur
collocatus. Qui calculus emundationi et purifi
cationi frequenter aptatur. Quadraginta enim diebus
fuso diluuio. ab iniquitatibus hominum terra dilu
ta est. Quadraginta quoque diebus sanctus moyses abs
cis corporalibus se temperauit ut diuina colloquia